



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ivlii Cæsarisi Scaligeri Epistolæ & Orationes**

**Scaliger, Julius Caesar**

**Lugduni Batavorum, 1600**

Reliqua desiderantur. Atticus Marco S. D. LX.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70455](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70455)



Orationem de Endelechia scito a nullo vnquam lectam, εὐδὲ τὰ ἀρχαῖα, nunc vero nusquam extare id, quod tibi scripsi. Præterea dialogo quis prohibet abs te rem tractatam, præsertim cum Parisiensis, quoque ille, vt scribis, manus admouerit? valde enim cupio sarcire non tam operam, quam fidem, nisi tu neuis. Multa queunt dici dialogo sine iactantia, sine affectibus enim \*\*.

*Reliqua desiderantur.*

A T T I C V S M A R C O

S. D. L X.

E G O nisi interpellatorem molestum me præberem, tibi sæpius literis. Nunc veritus μηδὲν silebo. Ita enim iracunde, ita perturbate hæ erant scriptæ literæ, quas de furto domestico patria lingua exarasti vt Annibal ad portas adesse videretur. Atqui vos magni Philosophi vos solos diuites, beatos, Reges dicitis, quod attinet opinor ad vincendas perturbationes animi. At\*\* mihi videbare hæc: δότε μοι λευκόν. Sed quoniam ὁ λόγος ἰαφεὺς τὸ κατὰ ψυχὴν πάθος, censeo quicquid id est & forbendum & concoquendum. Apagesis. furto illa abstulit quingentos nummos aureos. donabuntur liberalitate Regum aut Magnatum: nisi forte



si forte iam Heroïna tua victoria Rangonia  
 tot tuis carminibus celebrata lacunam hanc  
 suppleuit. hanc enim, quo die hanc scribe-  
 bam, Valerius vester narrabat mihi valetu-  
 dinis curandæ gratia ad te peruenisse. Tu-  
 ne hac ætate, hac eruditione ob pecuniolam  
 raptam torquebere? Dii meliora piis, erro-  
 remque hostibus illum. Scito autem non  
 me adfuisse iudicio tuo. nam & illa vt pri-  
 mum introuit oculis perlustrans (vt narra-  
 runt collegæ) nominatim me appellans  
 orauit singulos, vt reicerent ex albo iudi-  
 cum, ob veterem nostram amicitiam. Et  
 ego casu interesse non poteram ob Petrum  
 Carlinum sororium, quem Princeps Præsi-  
 dem agere iusserat: qui eadem in classe tum  
 erat, vt mihi quidem cedendum fuerit in  
 aliam classem. Interea quæ de .: Cæsares  
 eras pollicitus excidere. Vale & nos ama.  
 Kalendis Mai.

## SCALIGER ATTICO

S. LXI.

**V**ELLEM igitur doceretis me vestram  
 Philosophiam, qui censetis philosopho  
 necesse esse pati fures domesticos: impuras  
 faminas sublegere impune dotes illustrium

N 1

puella-